

*Carlo duca di Calabria sospende
i procedimenti giudiziari contro
Guglielmo e Fulcone Ruffo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Carlo duca di Calabria sospende
i procedimenti giudiziari contro
Guglielmo e Fulcone Ruffo*

1327-07-26

Carolus Illustris, Ierusalem et Sicilie Regis Roberti primogenitus, Dux Calabriae ac eius generalis vicarius. Iudici Nicolao domini Crescentii de Traiecto iudici et assessori generalis Capitanei Calabriae, fideli suo, salutem et dilectionem sinceram. Sciret et volumus quod nos Iustitiario Calabriae litteras nostras dirigimus in subscripta continentia post salutem.

Ex rancore per vos concepto, ut ponitur contra dominum Guglielmum Ruffum de Sinopolo cambellanum et familiarem nec non vassallos, familiares et officiales eius, et domini Fulconis fratris sui subscriptos fideles nostros certis ex causis inter vos, et eundem dominum Guglielmum nuper exortis, et quibus possetis eos contra iustitiam pergravare. Fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus omnem processum contra eos per vos forsitan factum huiusque penitus suspendentes ad exequutionem illius usque ad mandatum nostrum aliud nullatenus procedatis, sed exinde inscriptis vicarios et procuratores nostros in regno sub sigillis vestri iudicii, actorumque notarii quos habetis a Curia fideliter, et veridice informetis. In faciendis autem per vos contra eos processibus absque consensu et consilio iudicis generalis Capitanei Calabriae cui exinde scribimus, ac iudicis actorumque notarii quos habetis a Curia non teneatis procedere, ut non videatur in vobis locus suspicionis cuiuslibet propterea remanere. Vassalli vero familiares, et officiales predicti hi esse dicuntur videlicet Malgerius Clirito, Riccardus da Mayda, Ioannes de Stilo, Ioannes de Squillacio, Lancia Longastrevo, Petrus de Sinopolo, Guglielmus Pettinarius, Nicolaus de Cusentia, Leucius Gemellus, Nicolaus Muzus, Guerrerius France, Rogerius Chamenus, Gerasinus, Rutilius Fluritus, Franciscus

Fluritus, Nicolaus de Alania, Andreas Actafi, Alduchius Agrito, Peregrinus de Per, Franciscus Lago, Danzil Galisius. Volumus igitur tibi que precipiendo mandamus quoad requisitionem iam dicti iustitiarum infaciendis per eum contra prefatos dominum Guglielmum et alios quibuscumque processibus, una cum eo ac iudice actorumque notario, quos ut premittitur habet a Curia, iuste procedere, sicut iustitie videbitur expedire.

1

2

Data Neapoli per dominum Franciscum de Barba de Pisis iuris civilis professorem curiarum Magne Regie, et vicarie regni appellationum iudicem, consiliarium, familiarem et fidelem patrum et nostrum. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, die vigesimo sexto iulii, decime indictionis, regnorum dicti domini principis nostri anno vigesimo nono.

3

Add note here

Add note here

L'escatocollo presenta una doppia datazione contraddittoria (17 e 26 luglio) probabilmente riconducibile ad un errore di copia o alla sovrapposizione di due versioni dello stesso documento che si sono confuse in fase di trascrizione, come sembrerebbe dimostrare anche la ripetizione sospetta della clausola di datazione e dell'autorità.